

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 119. Argumentum centesimum nonum. Ex eo quòd facilitas fidem  
adhibendi, absolutionemque statim impendendi magnis peccatoribus,  
maximè consuetudinariis & recidivis, in verbo ipsorum, causa sit ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

enim quid quicunque negligit habere, vel facere id quod tenetur habere, vel facere peccato omis-  
sionis. S. Thomas 1. 2. q. 76. a. 2. Unde in Conc.  
Rom. anno 826. celebrato sub Gregorio II. statui-  
tur, quod *Confessarii, Iudices, Medici, &c.* absol-  
vi non debent, quando ignorant, & negligentes sunt  
in addicendo ea que sunt ad ipsorum officium exer-  
cendum.

1224 Sanetus quoque Carolus c. 13. *Sipatres* (inquit)  
aut matres familias fuerint, qui cura sua subditos,  
sive filios, sive servos & ancillas (que par-  
ticulariter interrogare meminerit. *Confessarius*) cam-  
rudimenta fides non teneant, addicere non compel-  
lant; vel non ad vigilant, ut Decalogi & Ecclesi-  
Romanae precepta obedient; vel (quod peius est)  
eisdem prohibent, ut faciunt, qui servos & ancillas  
sive ad eos occupatos diebus profestis detinent, us  
proprii necessitate urgente diebus felix operari quo-  
dammodo cogant; vel temporis tantum non tribuant,  
ut, secundum Ecclesiae preceptum, sacro officio  
Misericordia intercessione queant; aut qui negligentes quinam  
eorum, qui in familia sua degunt, legitimum ha-  
beant impedimentum, promiscue tempore quadra-  
gesimali, aut aliis sejaniorum diebus, &c. etiam, vel  
tempore antemeridiani escam, ante horam debitam  
in eis diebus sunt praeberi, vel dari patientur; aut  
si quando hoc precepta transgredirentur, eos non  
reprobarent, nec corrugunt, vel si servi corrigi no-  
nolint, & caeris scandalo sint, è domo suo quamprimum  
eos non allegant. In omnibus his peccatis,  
nisi res ipsa presentis officium suum, negligenterque  
in familia administratione commisissat, quantum ad  
ea que dicta sunt attinet, impotestim emendare  
promittant, nullo modo ea absolvant. Quod si in se  
recipiant ea facta, nec horum admontis un-  
quam à *Confessario*, vel *Pabore*... fuerint, pos-  
terit eos absolvere. Quid si siipsi fuerint reprehensi,  
nec sibi corixerint, sicuti ab absoluere diffatur,  
donec promissa apparent, veraeque emendationis  
argumenta aliquo temporis spatio ostenderint. Ipsis  
ergo post violata lapsi promissa non vult esse  
credendum, donec promissa apparent. Nec per  
consequenti consuerudinaris & recidivis. Ob can-  
dem proflus rationem. Quoad ignorantes necessaria  
necessitate medi, clarum est incapaces esse ab-  
solutionis. Sed de his alias.

## CAPUT CXIX.

## Argumentum centesimum nonum.

*Ex eo quod facilis fidem adhibendi, absolu-*  
*tionemque statim pendendi magnis peccato-*  
*ribus, maximè consuerudinariis & recidivi-*  
*bus, in verbo ipsorum, causa sit ingentium malo-*  
*rurum.*

1225 **T**estantur id Sancti, veteres ac novissimi. At-  
que imprimis D. Cyprianus in l. de lapis, dicens, quod Sacerdotes tam faciles in creden-  
do, & absolvendo, hoc sunt eiusmodi lapsi, quod  
grandi frigibus, quod turbidum fidus arboribus,  
quod armatis peñiles vestitus, &c.

2º. Clerus Romanus ibidem, quod hoc non est  
curare, sed si dicere verum volumus, occidere.

3º. sancti Confessores, Moyles, Maximus,  
Nicostratus, Rufinus alii, hoc esse sine respe-  
ctu Evangelii, sanctum Domini canibus & maga-  
ritas porci propana facilitate donare cum grande  
delictum. . . . non oporteat nisi. . . . caute moderare  
que tractari. . . . ne dam volumus importune ruinis  
subvenire, atque maiores ruinas videamus parare.  
Ubi enim divinus metus relinquitur? . . . . Cito rufus in  
incendium flamma renovatur, nisi totius ignis, etiam  
sique ad extremam scintillam, materia resingu-  
atur.

4º. S. Ambrosius: *Cito refractar vulnus,*  
quod sanatum medicina lege non fuerit. Et addit,  
quod ipsum deteriore faciamus, cuius maje-  
rantes, majoris austoritatis est, quam si ulciscari.  
Traduntur enim in passione ignominie, qui, cum  
aliquid inboneatum fecerint, nullum culpa pretium  
referunt. . . . Facilitas enim venia incensum tri-  
buit delinquendi.

5º. Chrysostomus: *Si peccatorem in vincu-*  
lis non tenuero, sed statim abolvero, ejusmodi  
cum vinculamentum, que strango nullo modo queant.

6º. Hormilda Papa: *Quae est ipsa iustitia be-*  
*nignitas, palpare criminis, & vulnera eorum quæ*  
*que ad diem judicii incurata servare?* Vnde dico,  
qua illis ipsi, quibuscum periculis & fallacia mis-  
ericordia indulgere videtur, cum ante tribunal  
Crispi pro tantis peccatis damnandi advenierit,  
contra nos ipsos causas dicturi sunt, dicentes, quid  
nos ei, dum illis inutiliter indulgemus, in pecca-  
ti permanere, aut etiam ipsa peccata angere per-  
merimus.

7º. S. Augustinus serm. 278. alia 34. de diu-  
nis dicit, quod facilitas illa facit, quod homini  
ludus sit peccando cadere in mortem.

8º. Concilium Rothomagensis anni... Ni-  
mia (inquit) facilitate & frequenti omnia in-  
digentia criminis, Ecclesiastica disciplina enver-  
tur, & ad eadem, aus majora perpetranda, cre-  
ci humanae audacia.

9º. S. Thomas Villanova concepcionis in fr. in  
6. post Dom. 4. Quadrag. Quid Ecclesiam Domini  
hodie perdit, nisi *Confessariorum* & *Pavorum bla-*  
*dient adulant? Vulnera (inquit) linunt, vermen  
conscientia extinguitur, & securos de accepta ab-  
solutione peccatores ad inferna demittunt.*

10º. S. Carolus Borromeus cap. 12. Ex ni-  
mis facilis absolutione eorum, qui revera indig-  
nunt, contingit, quod multi in eisdem sedis peccato-  
rebus, cum animarum suarum lamentabilis ruina  
& ut dixerat cap. 1. quod de tanto numero co-  
tentum, tam exiguum emendationem videamus  
qui toties, & tam multis annis hoc Sacramen-  
tum frequentarunt.

11º. S. Franciscus Salesius Confus. Synd. ux-  
tit.... c. 9. Nihil perinde Ecclesiam debeat, nihil  
ita ejus violat disciplinam, nihil ita foret peccato-  
res in somnolenta peccandi consuetudine, quoniam  
probrobus ille mos, quo quidam Presbiteri peccata  
relaxant, non tanquam Judices... verbo in-  
quam mancipia, que praescripsi, & adiunctorum  
indulgentia peccatoribus blandiuntur.

De isti adulatoriis dicit Cyprianus, quod in-  
ducant in Ecclesiam dulcem crudelitatem, mis-  
ericordia & clementia nomine palliant; campet,  
quam dant, pacem irritant eccl., & falsam pacem  
allicit, dantis periculosa, & nihil accipi-  
bus prostatut.

12º. Bellarmensis conc. 8. Dom. IV. Advent. 12  
Ipsa qui, quasi non essent rationem Domino reddi-  
ri, summa facilite omnibus manum imponeat,  
sua imperitiae ac superbia corrumpt populos, &  
en veritate penitentia viam praedichant. Ne enim  
est hoc tanta facilis peccandi, si non est tanta  
facilitas absolvendi. Concione vero q. ejusdem Do-  
minice ostendit, per facilitatem absolvendi facilis  
& ciō relabentes, absolviti impenitentes, cum di-  
cit: *Hoc malis, & fortassis omnes, criminis sua*  
*confessi sunt; quam multa ex his, qui non sibi*  
*unum mensum; aut post unam hebdomadam, sed*  
*eras, hanc horam rursum erunt in pristino suo cœno.* Il  
vero quid significari? Nonne vos ex consuetudine con-  
fessos esse, non quid animatum haberent, & proprie-  
tum forte & plenum verē relinquendi peccata?

13º. Emericus de Bonis Jefuna tr. de Sacram. p. 3  
Altar. *Confessarii & Directores diligenter atti-*

dore sibi debent, ut ne iudiciorum Dei experiantur acerbitatem, qui dispensati tam pretiosi thesauri accuratam ab eis rationem recesserit. Ipsi secundum representant, indigentiam illa & nimia facilitate indigos ad Communionem (per absolutionem) admittendi, multos eadie, eoque animi stupore erga res divinas obrigitur, ut ne quidem statim ille miserimi, in quo torpent, sensum habeant lacrimare. Quo fit, ut cum prius reverentes & venerabundis ad angustissimum Sacramentum accederent, jam id abque timore, veneratione & pietate inscipiant. Quid inde manifestissime patet, quod nonnunquam eadem die (borrandam dictu, & Angelis ipsi defensabile, quodque valeat soli tenebris effundere, terram tremescere, & elementa permiscere) ad suas fortes revertantur.

1235 14<sup>o</sup>. Jacobus Segnerus. Theologus Pontificius, celebris per Italiam Missionarius, in Inscriptio poenitentis cap. 18. *Sancti Patres, Doctoris & reliquie majoris Christianorum parti, jasuram tribuant modico usui dilatae absolutionis certis in casibus (maxime in causa recidivorum scelere non emendantium, de quibus ibi loquitur.) Quid est enim quod, teste Filio Dei, adeo modicus est numerus electorum, comparatione vocatorum ad fidem, "multi sunt vocati, pauci vero electi?" "Quid est quod, referente Innocentio IV. anima a fando quadam Eremiota vita sunt in infernum deplure, quemadmodum media in hymne, volvuli nivis in terram deplunt? An quia Christiani non confitentur? Minime gentium: raro namque Christiani absque confessione moritur. Ut quid igitur? Quia nonnquam bene, nonnquam sincero cum dolore, firmoque emendatione proposito confitetur, ita ut cum Angustino dicere licet, quod<sup>1240</sup> confitendo non rumpunt peccata, sed interrumpunt.*

1236 15<sup>o</sup>. Merito prouide Illustrissimus D. Guido de Seve, Episcopus Aretinensis, in secunda Epistola sua Pastorali regula 23. *Praxis (inquit) abominationibus est, absolutionem nonnquam negare vel differre poenitenti, solo ore dicenti, se preponere emendationem, tametsi vita precedenti, frequenterque relapsus ipsius suadeant oppositum, nullaque presertim signa conversionis, nisi quod ore dixerit se dolere, emendationeque proponere.*

1237 Enimvero per praxim illam fit 1<sup>o</sup>. ut consuetudinari & recidivi in errorem mittantur, dum le absolutorum putant, cum non sint. 2<sup>o</sup>. quod poenitentia de cordibus ipsorum excutatur, de caque per media sapientia comparanda amplius non cogitent: quia cum absolutionem obtinuerint, se fati poenituisse putant. 3<sup>o</sup>. quod peccatorum suorum sensus ipsis admiratur, debet de peccatis laumentatio conquefcat, dolor filiat, delictorum memoria cyanefcat, comprimiratur peccatorum gemitus, fistulari fluctus oculorum, nec Dominum toties offensum humiliabit & laboriosis penitentiae operibus placare peccator satagat. 4<sup>o</sup>. per consequens siquid peccator securus vivat in peccatis suis, nec satis nonnquam portaret in vita; nec consequenter in morte. Et ideo misere pereat, & in eternum pereat. 5<sup>o</sup>. quod nonnquam peccatum statu exeat, sed in miserrimo illo statu. Penitentie & Eucharistie Sacraenta ad judicium suum sacrilegè semper accipiat. 6<sup>o</sup>. quod nonnquam Poenitentie Sacramento peccata sua expient, nonnquam a pravis consuetudinibus, & malis habitationibus suis carentur, nonnquam, ut oportet, redicunt ad consuum, nonnquam sentiant peccatorum suorum magnitudinem, nec magnitudinem periculi, in quo verfanur, nonnquam ad meliorem frugem se recipient, nonnquam bonam & christianam vitam incipiunt, nec in ea firmentur, sed totam vitam in perpetuo confessionem & relapsum circulo ambulantes, ad vomitum suum ca. 1240 semper facilitate redeant, quia absolvuntur. 7<sup>o</sup>.

Tom. III.

inde ergo fit quod, tanta hodie sit peccatorum licentia, quodque in omnibus ferè opificiis, artibus, officiis, & exercitiis, abusus intolerabiles inventantur, ut S. Carolus deplorat c. 18. Ex quo tandem fit quod pereat multitudine infinita, uti S. Salesius observavit. Ita frequenter repeato, quia nonnquam satis ad ea reflectunt Juniores.

Unum ergo ex horribilioribus suppliciis, quibus consuetudinarios & recidivos divina iustitia frequenter punit, est quod permittat ipsis in molles indulgentesque Confessarios incidere, à quibus in folo verbo, quo se dolere, emendationemque proponere dicunt, absque alia cautione absolvuntur, inquit Segnerus ubi supra c. 9. Ubique merito addit, plurimos Confessarios in inferno ardere, & in eternum arsiros esse, pro alienis peccatis, quorum participes effecti sunt, per nimis faciles & precipitas illas absolutiones, quibus causa fuerunt perditionis totarum, pro quibus Christus mortuus est.

## CAPUT CXX.

### Argumentum centesimum decimum.

*Ex eo quod ingentia mala illa per se sequuntur ex nimia illa facilitate credenda, & absolvenda, idèque iuxta doctrinam Sanctorum Confessarii imputentur.*

Quod Confessarii imputentur, manifestè docent Sancti capite precedenti laudati, Cyprinus utique, Clerus Romanus, sancti Confessores, Ambrosius, Hormidas, Villanova, Carolus & Salesius, cumque ipsi Bellarminus, Emericus de Bonis, & Segnerus.

Et ratio est duplex. Prima, quia mala illa ex dicta facilitate sequuntur per se, non per accidentem dumtaxat. Sequuntur quippe non raro, sed frequenter, & uplurimum, imò ferè semper, prout experientia docet. Effectus vero uplurimum sequentes ex causa aliqua, per se sequi censentur; per accidens vero illi, qui raro & ut in paucioribus sequuntur, prout tradit explicatque S. Thomas 1. 2. q. 20. a. 5. Atqui mala que per se sequuntur ex causa aliqua, tametsi directè non sint volita, censentur indirecè voluntaria ponenti causam illam, etiamsi formaliter & actu prævia non fuerint, prout S. Doctor tradit ibidem; et quod utique potuerint debuerint prævideri: *Sicut sequens non sit prædictus (ait S. Doctor) tunc distinguendum est. Quia si per se sequitur ex tali actu, & ut in pluribus, secundum hoc eventus sequens addit... ad malitiam actus. Manifestum est enim, pejorem esse actum, ex quo nata sunt multa mala sequi. Si vero per accidens, & ut in paucioribus; tunc eventus sequens non addit... ad malitiam actus.*

Secunda ratio est, quia mala illa ex dicta praxi seu facilitate sequuntur culpam iporummet Confessariorum; utpote per facilitatem illam peccantium contra officium boni Confessarii, nec satis consulentum poenitentium salutem, nec Sacramentum reverentie & honori, uti probatum est cap. 108. 109. 110. 111. Certum est autem, mala, qua per se, sive uplurimum sequuntur ex causa culpabilis, causam illam culpabiliter ponentibus imputari.

## CAPUT CXXI.

### Argumentum centesimum undecimum.

*Ex eo quod nulla malam per se sequuntur ex praxi contraria, dictis utique peccatoribus non credendi, nec absolutionem impendendi, nisi per opera penitentia probatis, & emendatis: quin*

Ccc 2